

N. 64

Dño Constantino Huygens
S. P. D.
Anna Maria à Schurman

uanquam ob eminentiam virtutum tuarum, siue publicj quod
sublines muneris dignitatem, ab omnibus officia respectare jure
debeas, Vir Amplissime, maxis tamen benefacendo aliis, quam tibi
debita accipiendis, magnus haberi. Atqui ut tantum in alienum
conflandi author ego sim, presertim cum solvendo non sim,
haud facile concesserim. Petieram quidem à Fratre meo,
cum Hagam esset profecturus, ut te cum tua familia, quam
studiosissime saluaret; attamen non fuit animus te his ludicris
que otio gaudentes saltem curant implicare; negotiis nimirum
gravissimis assiduo occupatum. In eo tamen quod cum artes
omnes, tum et pingendi peritia te penes suum habeant domi-
cilium; atq; adeo a te quoq; earum auxilia esse petenda, fratrem
non utiq; fefellit opinio. Decumq; versò nec excidit, non
ignoro tibi notum deberi, quod, siquid in nobis requiri poterat
urbanitate tua supplereris. Porro laudes quas in me confers
immodeste admittere, neq; ex animi sententia, neq; satis deprecandi
possim. Nec tamen inficias ideo jucundum mihi fuisse laudari
à Viris, non tantum summe laudato, sed et laudari ante alios
dignissimo. Quanti vero tua semper fecerim, quam nihil tritu
aut vulgare sonet, quidquid à te proficiscitur, non hic conabor
referre; quippe Virgini magis decorum esse duxerim, ista sitende
mirari, quam memorando aliis admirationem excitare. Deniq;
carmen meum, populari, inquam, idiomate conscriptum, quam
multis nominibus tibi sit obtrictum, quod censorum tam benignitate
egeris, plus satis agnosco. et licet in extenuationem culpa, quod
scilicet invitato, ut aiunt, gratis frustra litarim, non pauca afferre
queam, acquiesco tamen, quia tibi non displicuisse, satis amplum
mihi theatrum est. Scimus enim quid hac in parte olim pre-
stitis quam longe supra vulgus poetarum caput extuleris, velut

abus Olympi
Vertex, qui fratris ventos nubesq; reliquit.

quocirca in ea, quam inter nos inscitius, comparatione a te trans-
versiter didides. Vale Virorum humanissime, et abhinc quomodo
dum copisti amore et prosequaris virtutum tuarum, peramentem
valde excepto. Trajecti. 1636. Jul. 23.

quidem ad binas suas
habet nisi Damasci
de M...
...

Opuscula p. 256

Mons^r
Monsieur de Zuylichem
demeurant
à la
Haye.